

me labiis suis, & cor eius est distans à me.

**Syriacus.** Cor autem eorum valde elongatum est à me.

**Septuaginta, Theophyl.** Appropinquat mihi populus hic ore suo, & labiis me honorat; cor autem eorum procul abest à me.

**Syriacus n.9.** Et frustra me reuerentur, quum doceant doctrinas, quæ sunt præcepta hominum.

**Arabicus.** Et colunt me frustra, & docent doctrinam mandatorum hominum.

ALTER TEXTVS.

**Marci 7. n.6.** At ille respondens dixit eis: Benè prophetauit Isaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est: Populus hic labiis me honorat; cor autem eorū longe est à me.

**Num. 7.** In vanum autem me colunt, docentes doctrinas, & præcepta hominum.

EXPOSITIO IV.

**63.** **Abulens.** **Rabanus.** **D. Remigius.** **Septuaginta.** **D. Remigius.** **64.** **Isaiæ 29.** **Septuaginta.** **D. Remigius.** **65.** **D. Marcus.** **Syriacus.** **Arabicus.** **D. Thom.** **Abulens.** **Albertus Magnus.**

**63.** **Abulens.** **Rabanus.** **D. Remigius.** **Septuaginta.** **D. Remigius.** **64.** **Isaiæ 29.** **Septuaginta.** **D. Remigius.** **65.** **D. Marcus.** **Syriacus.** **Arabicus.** **D. Thom.** **Abulens.** **Albertus Magnus.**

**65.** **D. Marcus.** **Syriacus.** **Arabicus.** **D. Thom.** **Abulens.** **Albertus Magnus.**

& hominum mandata, quoad suas traditiones, vt rectè interpretantur Albertus Magnus, Carthusianus, & alij.

QUESTIO X.

Quare Christus tam rigide hic increpat Phariseos adducens Isaiæ locum?

**66.** **Ratio dubitandi.** **Isaiæ 53.** **67.** **Facilius Dominus suam, quàm aliorum ferre iniuriam.** **Ioan. 19.** **D. Maximus.** **68.** **D. Ambros.** **Arguuntur Christiani, qui Deum non laudant.** **69.** **Inferiores maiorum exempla sequuntur.** **70.**

**66.** **Ratio dubitandi.** **Isaiæ 53.** **67.** **Facilius Dominus suam, quàm aliorum ferre iniuriam.** **Ioan. 19.** **D. Maximus.** **68.** **D. Ambros.** **Arguuntur Christiani, qui Deum non laudant.** **69.** **Inferiores maiorum exempla sequuntur.** **70.**

**66.** **Ratio dubitandi.** **Isaiæ 53.** **67.** **Facilius Dominus suam, quàm aliorum ferre iniuriam.** **Ioan. 19.** **D. Maximus.** **68.** **D. Ambros.** **Arguuntur Christiani, qui Deum non laudant.** **69.** **Inferiores maiorum exempla sequuntur.** **70.**

**66.** **Ratio dubitandi.** **Isaiæ 53.** **67.** **Facilius Dominus suam, quàm aliorum ferre iniuriam.** **Ioan. 19.** **D. Maximus.** **68.** **D. Ambros.** **Arguuntur Christiani, qui Deum non laudant.** **69.** **Inferiores maiorum exempla sequuntur.** **70.**

**66.** **Ratio dubitandi.** **Isaiæ 53.** **67.** **Facilius Dominus suam, quàm aliorum ferre iniuriam.** **Ioan. 19.** **D. Maximus.** **68.** **D. Ambros.** **Arguuntur Christiani, qui Deum non laudant.** **69.** **Inferiores maiorum exempla sequuntur.** **70.**

gerant, aliudque in corde, & aliud in ore habeant: quod est extremum malum, maximè à Deo execrabile. Obtulit Cain Deo munera sua de fructibus terræ. Tamen ad Cain, & ad munera illius non respexit, Genes. 4. num. 5. seu, vt habet Chaldaicus, non suscepit. Cur illa obsequia Deo non placent, à primo Orbis agricola exposita? Illa, quæ Deo præsentabantur fructus terræ extabant, quos bonos esse diuina sententia approbavit. Genes. 1. num. 12. Cur ergo hi displicent, & à Deo non acceptantur? Cain ficto vultu, & aduerso animo sacrificauit; & externa munera, quæ ab interno corde discrepant, non grata consistunt, sed displicent. D. Basilius Seleucus orat. 4. Infructuosus animus fructus apportat Deo, ait, carens anima, fructus offert Deo, & Caino pulchrè cum infructuosa anima conuenit, quare honor admitti à Deo non potest; differt sacrificium cum impietate coniunctum.

**Matth. 15.** Et conuocatis ad se turbis, dixit eis; Audite, & intelligite.

**Num. 11.** Non, quod intrat in os, coquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coquinat hominem.

VERSIONES.

**Syriacus n. 10.** Porro conuocauit turbas. **Syriacus n. 11.** Nihil est, quod intret per os polluens hominem.

**D. Hieronym.** Nihil, quod intrat in os, communicat.

**Euthymius, Theophyl.** Non, quod ingreditur in os, impurat hominè, sed quod egreditur ex ore, hoc impurum reddit hominem.

**Casianus col. lat. 2. c. 16.** hæc coquinant hominè.

ALTER TEXTVS.

**Marc. 7. n. 14.** Et aduocans iterum turbam dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite.

**Num. 15.** Nihil est extra hominem, & introiens in eum, quod possit eum coquinare, sed quæ de homine procedit, illa sunt, quæ communicant hominem.

EXPOSITIO V.

**71.** **D. Thom.** **Euthym.** **March. 11.** **Proverb. 3.** **Abulens.** **70.**

**71.** **D. Thom.** **Euthym.** **March. 11.** **Proverb. 3.** **Abulens.** **70.**

erubescerent; inuerecundè enim voluerunt Christi Discipulos arguere; voluit ergo Christus eos confundere, vt viderent omnes eorum errores. Ait Christus: Audite, Albert. Magn. obediendo, Intelligite discernendo. Audite, & intelligite. Chrysostr. Theophylactus, Euthymius inquirunt: Hoc ait honoras illos, vt facilius suscipiantur, quod dicitur est. Cum populum ad se aduocat, illique suam doctrinam committit, ei deferre honorem videtur, vt sic facilius ad se eum adducat.

**72.** **Græcus.** **Marc. 7. Act. 10.**

**72.** **Græcus.** **Marc. 7. Act. 10.**

**73.** **Quomodo intelligitur contra Hæreticos, quod intrat per os.**

**73.** **Quomodo intelligitur contra Hæreticos, quod intrat per os.**

**73.** **Quomodo intelligitur contra Hæreticos, quod intrat per os.**

**73.** **Quomodo intelligitur contra Hæreticos, quod intrat per os.**

**73.** **Quomodo intelligitur contra Hæreticos, quod intrat per os.**

**73.** **Quomodo intelligitur contra Hæreticos, quod intrat per os.**

**73.** **Quomodo intelligitur contra Hæreticos, quod intrat per os.**

**73.** **Quomodo intelligitur contra Hæreticos, quod intrat per os.**

**73.** **Quomodo intelligitur contra Hæreticos, quod intrat per os.**

Alb. Magn. Chrysostr. Theophyl. Euthym.

72. Græcus.

Marc. 7. Act. 10.

Chrysostr. Theophil. Euthymius. Anastas.

73. Quomodo intelligitur contra Hæreticos, quod intrat per os.

Hieron. Paschal. 1. Tim. 4. Genes. 1.

Anastas.

B VER

VERSIONES.

Euthym Theo Nosti Phariseos, audito ser- phyl. n. 12. mone isto, offensus fuisse? Syriacus n. 13. Quā plantauit Pater meus, qui in cælis est, euellatur. Græcus, Syria- Omittite illos, cæci sunt, cus, Arabic. duces cæcorum. Vatablus. Porrò si cæco cæcus dux fuerit, Arias. Cæcus autem cæcum per viam ducens.

EXPOSITIO VI.

VNC, quando scilicet dimissa turba, ingressus est domum, vt narrat Marcus 7. num. 17. Accedentes Discipuli eius, veluti propè eum conuenientes, vt ei dicerent, quæ ipsi obseruauerunt; & hæc non publicè, sed veluti è secreto volunt dicere, vt & sic nos instruemur, qualiter proximos debemus commonere. Scis, seu Nosti, hoc est scire debes, quod nos obseruauimus, audientes susurrationem, quam tu fortè non obseruasti. Pharisei acceperunt Scribæ, & Pharisei interrogantes Dominum, & tamen non dicuntur scandalizati, seu offensi Scribæ, qui multum præsumebant de scientia legis; sed Pharisei, qui maxime de Religionis obseruatione se iactabant; huiusmodi enim hypocrita maxime populi reuerentiam ambiunt, vt qualibet re, quæ eos lædat, maxime offendantur. Audito hoc sermone, quo externæ loriones contemnuntur, scandalizati sunt, seu offensi Pharisei omnem suam religionem, ac sanctitatem in externis manuum, ac cæterorum lotionibus ponebant; vnde audientes, eas à Christo confutari, maxime indignati, ac offensi sunt, cum ab illis exploderet sanctitatis nomen multum ab illis exoptatum.

Omnis plantatio. Nomine plantæ D. Chryso- stomus, D. Hilarius, Euthymius, Theophylactus, & alij, doctrinam, ac traditiones Phariseorum interpretantur. D. Augustinus lib. 1. Quæstionum Evangelicarum cap. 17. eorum cupiditatem dicit. Iansenius verò per plantas à Deo non plantatas intelligit reprobos. Aptius tamen ad rem præsentem D. Athanasius Epist. de Synod. Ariminensi, D. Augustinus citato loco, D. Hieronymus, D. Paschafius, Beda, Glossa, S. Thomas, Caietanus, Maldonatus, & alij communiter, per has plantas à Deo non plantatas exponunt ipsos Scribas, & Phariseos, ac homines praua doctrina, malisque moribus affectos. Nomine plantæ in Scriptura passim homines significantur. Isai. 5. num. 5. Ierem. 2. num. 21. & 12. num. 2. Amos 9. num. 15. Sensus ergo est: Omnes homines sunt plantæ, à Deo plantatæ in Paradiso, sed tam à serpentina inuidia, quàm ab humana malitia vitiatæ, ac venenatæ. Ierem. 2. num. 21. Ego te plantavi, vineam electam, omne semen verum: quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena. Replantantur autem ipsi homines à Deo per fidem, & gratiam in Christo, qui est arbor vitæ; vocanturque vermen plantationis meæ, Isai. 60. num. 21. tuncque germinant meritorios virtutum, ac vitæ æternæ fructus. Aliter, manent homines, vt ipsi Pharisei, tanquam arbores corruptæ, ac deprauatæ, aptæ, vt in ignem

mittantur, vt ipsis Iudæis comminabatur Ioannes. Matth. 3. num. 10. Sinite illos, ait Dominus, nquit Origenes, quia Pharisei, non sunt plantatio Patris mei; malitia enim sua erant deprauati, ac incurabiles, ideo illis relictis, loquitur suis Discipulis, quòd non sint solliciti de offensione, eradicatione, ac perpetuo exitio Phariseorum. Caci sunt, cum splendendum lumen meæ doctrinæ, fidei, ac veritatis non videant, ac percipiant; & duces cæcorum, seu, vt alij Codices legunt, caci, duces cæcorum; his autem, qui meam doctrinam non capiunt, duces esse volunt Pharisei, illosque multis erroribus, ac falsis doctrinis, deprauatisque traditionibus, verbi gratia, de manuum lotionem, instruentes, Ambo in foueam cadunt. Vt inde appareat miser status illius populi, qui tales nactus erat rectores, & duces, vt simul cum illis in extremam perniciem rueret populus.

QUESTIO XI.

Quare Christus, qui docebat tollere scandalum, non curauit hic de scandalum Phariseorum?

VDIENTES Pharisei Christi doctrinam, qui dicebat: Quod intrat per os, non inquinat hominem, scandalizati, ac offensi sunt de eo tanquam euertente Moysis legem, quæ aliqua cibaria prohibebat: non tamen ei respondent, vt obseruauit Chrysothomus homil. 52. vt-pote ab eo vehementer refutati, ac reiecti; & idèd cum silentio recesserunt, nec ausi sunt eum accusare, vt aliqui dicunt apud Abulensem quæst. 43. Quia Pharisei non habebant pro se fauorem populi, qui totus erat propensus in Christum; ad eum enim veniebant omnes de regione Genesareth, afferentes infirmos, qui tangentes Christum, sanabantur. Supra Matth. 14. num. 36. Respondet aptius ipse Abulensis. Quod Pharisei Christum non accusarunt, quia videbant quòd Christus nihil locutus fuisset contra legem, quam ipse obseruabat, cauens cibis, quos illa mundos vocabat; sed potius zelabat pro lege dicens: Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras? Solum enim sinistra Phariseorum dogmata, quæ ab ipsis fuerant inuenta, Dominus refutabat.

Præsens quæstio inquiri, quod, cum Christus Dominus doceret, multa toleranda esse propter vitandum scandalum, quando enim tributum petebatur, quod didrachma dicebatur, ostendit Dominus, quod ipse erat liber; tamen ait Petro: Ut non scandalizemus eos, vade ad mare, Matth. 17. num. 26. Quomodo ergo Christus videns, quod Pharisei ex eius doctrina scandalizabantur, ipse eorum scandalum contemnit, dicens: Sinite eos, &c. vt explicauimus in expositione, & à sua prædicatione non cessat, sed magis profequendo instat?

Respondet. Primò D. Paschaf. lib. 7. in Matth. Saluator præcipit, doctores pessimos suo arbitrio dimitti, eo quòd tales difficiliter possunt corrigi, & à sensu prauitatis immutari. Diuinus Magister Phariseorum scandalum parumpendit. Et quamuis Apostolus dicat: Insta opportune, importune: tamen ad illorum prauos mores corrigendos non intendit; sed finens illos, turbas ad se conuocat, sciens quam

74. Marc. 7.

Hypocrita facile scandalizantur.

75. Chrysof. Hilas, Euthym. Theophyl. August. Ianen.

Athanas. August. Hieron. Paschaf. Beda. Glossa. D. Thomas. Caietan. Maldon. Isai 5. Ier. 2 & 12. Amos 9.

Ierem. 2.

Isai. 60.

Matth. 3. 76. Origen.

Alii Codices.

77.

Chrysof.

Populus aduersus Principis animum frangit.

Matth. 14. Abulens.

78. Ratio difficultatis.

Matth. 17.

79. Paschaf.

Doctores errant difficiliter emendantur.

QUESTIO XII.

Quare Christus Dominus appellat Phariseos cæcos, ducesq. cæcorum?

DE Phariseis dixerat Dominus supra suis Discipulis: Sinite illos, quòd tanquam incurabiles, essent relinquendi; de eorumque scandalo minime curandum: nunc huius rei subdit rationem: Caci sunt, & duces cæcorum. Caci, ait D. Paschafius lib. 7. in Matth. Caci erant Pharisei, quia lumen scientiarum Dei videre non poterant. Peccator in caliginosa nocte versatur, procul à luce veritatis degens, quæ oculos eius illuminat in fide, corque eius calefacit in veritate.

Post peccatum Primorum Parentum venit Dominus vocans, Adam ubi es? Cumq. audissent vocem Domini Dei ambulantis ad auram post meridiem, abscondit se Adam, & uxor eius, Genes. 3. num. 7. Cur notatur, quòd uenerit Dominus ad Adam post meridiem, seu, vt legunt Septuaginta, ad vesperam; Moyses Barzelsa, uocem Dei gradientis inclinante die. Ad quid tam accuratè huiusmodi tempus scribitur? Vt inclinatio die miserima Adami conditio innuatur, quòd totus erat conclusus sub umbra, ac caligine peccati, uesperique frigus iam cor eius obtinuerat. D. Gregorius Magnus lib. 18. moralium cap. 2. Quid est, ait, quod ad auram post meridiem? Nisi quod lux seruentur ueritatis abscesserat, & peccatricem animam culpa sua frigora constringebant: ad auram namque post meridiem Primus homo post culpam absconditus inuenitur, quia enim meridianum charitatis calorem perdidit, iam sub peccati umbra, quasi sub frigore aura torpebat.

Non solum Dominus Phariseos cæcos dicit, sed etiam duces cæcorum. D. Paschafius citatus, Duces cæcorum, ait, quia uiam Dei alij non ostenderunt, sed propter traditiones hominum eos in foveam mortis demerserunt. Ac si dicat Dominus: Non est de eorum offensione, ac scandalo curandum, quia non solum cæci sunt, vt ueritatem non uideant; sed etiam duces cæcorum, cum alios sua doctrina, ac uitæ exemplo in præcipitium trahant: erant enim Pharisei, ac Scribæ principes populi. Ioan. 7. num. 48. Egeippus lib. 2. cap. 2. de excidio urbis Ierosolym. Sicut boni principis, ait, uita probitatis quedam participatio est, & per uniuersos uiuendi forma est; ita & Imperatoris colluuius lex flagitiorum est. Vide tom. 2. & 3. uerbum Exemplum.

Secundò. Euthymius, Grande malum est, ait, aliquem esse cæcum: eum uero, qui cæcus, ducatur alteri cæco præstare, duplex certe malum est. Mala peccatæ que catenatim ueniunt: non solum in Phariseis inerat malum, quod essent cæci, sed aliud maius habebant, quod aliis ducatum præstare uolebant.

Tertiò. Theophylactus. Præceptores autem illos, ait, dicit cæcos, eorumq. duces, ut ab eis turbas abducatur. Tam apertè eos appellat cæcos, ducesq. cæcorum, ut ab eis turbas abducatur, eaque ab illis separaretur: grâde enim bonū alicui conceditur, cum illi fouca, ac malum detegitur, ut ab illo declinet, & fugiat.

Quartò. D. Augustinus tom. 9. lib. de Pastorbibus, cap. 10. Non ait, inquit, cadit in foveam ducens, & non cadit sequens; sed cæcum cæcum ducens, ambo in foueam cadunt. Tot mala inducit vna mala societatis, cum malisque simul esse. Cognoscens Lot ab Angelis subuersionem Sodomæ, morabatur

B 2 verba

Euthym.

80. Hieron. Tit. 3.

Abulens.

81.

Theophyl.

Ioan. 5. Luc. 14.

Scandalum, quod ex aliorum malitia sumitur, conueniendum.

82. Psalm. 49.

Vir consummatum scandalum à se depellit: aliter imperfectus.

August.

quàm difficile esse, errantem doctorem à sua malitia, ac peruerfitate remoueri. Euthymius, Sinite illos, ait, tanquam incurabiles. Ideo enim neque ipse curauit illorum offensionem, sciens, nihil illis profuturum esse quidquid diceret.

Secundò. D. Hieronymus, Sinite illos, ait, hoc est, quod Apostolus præceperat, ad Titum 3. num. 10. Hæreticum hominem post unam, uel alteram correctionem deuota; sciens, quod peruersus sit huiusmodi, & à semetipso damnatus. Hæreticus uitandus est, quia cum erret in fide, eius conuersatio, ualde contagiosa, ac mala est. Tertio Abulensis q. 47. Pharisei Christi doctrina scandalizabantur; docet Christus, quòd de eorum scandalo non est curandum, quia caci sunt, id est errant circa ueritatem sacræ doctrinæ: ideo, vt tollatur eorum error, non obstante ipsorum scandalo, clamandum est contra eos.

Quartò. Respondeo, quòd Christus in præsentem contempsit scandalum Phariseorum; & ipso non obstante, contra eorum doctrinam prædicauit: nam Pharisei sua malitia, & peruerfà obfinatione scandalizabantur, ac offendebantur, huiusmodi autem scandalum spernendum est, cum sine causa sumatur. Theophylactus, Omittite illos, ait, hinc discimus, quòd offendi illos, qui sponte offenduntur, & incurabiles sunt, non est nobis damnandum. Scandalizabantur Iudæi, quod Christus curaret Sabbato, Ioan. 5. num. 10. Luc. 14. num. 1. Cur ergo ad euitandam materiam huiusmodi scandali non anticipat, uel differt curationem in Sabbato? Charitas nos docet, vt facili cum possimus, proximorum uitemus scandalum: ergo si tam facili negotio id præstare poterat cur hoc non exhibet? Sed paruipendens Phariseorum scandalum in Sabbato curat? Illud scandalum ex eorum deprauata malitia tantum proueniebat; nam hominem curare Sabbato, sicut & illi benefacere, apertè erat euident, quod legi non repugnabat. Deinde ex tali curatione longè maius bonum, quàm Phariseorum scandalum resultabat, ut ipse Iesus uerum se esse doctorem, ac promissum Sabbati Dominum declararet: vnde ratione tam excellentioris boni, tui iniquorum, ac paruulorum offensionem minime fuit attendendum.

Huiusmodi enim scandalum solum paruulorum est. Sodens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum, Psalm. 49. num. 20. Diuerso modo se exhibet in fratrem, ac in filium matris. Contra primum loquitur; contra secundum ponit scandalum. Quænam inter fratrem, & filium matris mediatur differentia? Sub nomine fratris intelligitur uir perfectus; in uirili atate, ac mensurâ plenitudinis Christi. At filium matris, id est infantulus lactaneus ab uerbis matris pendens. Contra uirum consummatum, qui in perfectione degit, loquitur; nullum enim ei nocumentum afferunt scandala, quæ facili à se abiecit, ac depulit: hæc enim nocent tantum lactaneo infantulo, qui uires non habet, ut illa à se reiciat. D. Augustinus ibi: Detrahit fratri suo, ait fortè bene docenti, & bene ambulanti: est alius infirmus, aduersus illum ponit scandalum, huic detrahendo. Infirmus ille, filius matris dicitur est, nondum patris, adhuc lacte indigens, & uerbis adherens. Uir perfectus, ac bene ambulans contemnit scandala, quæ tantum infirmum, ac imperfectum premunt.

Sylueira in Euang. Tom. IV.